

# Tractatus brevis dñi Bona- uenture de modo se pparandi ad celebrandum missam.

**A**d honorem gloriose ac indiuidue trinitatis et  
excelētissimi sacramēti scilicet corpus et sanguis  
preciosi Iesu xp̄i describam tibi formā per quā  
poteris leuiter manduci ad cōtemplationem  
facti misterij: ac cōgrue disponi ad eius p̄ceptionē. Quā nō  
raptim streptu verborū legere: sed ei⁹ sensū efficaciter cor-  
di imprimere debes. ex intimo affectu singla queq; vel in to-  
to vel in pte pat sonāt sollicite ruminare. Primo accedendo  
ad mēsa; celestis cōiuij (iuxta apostolū) p̄ba te ipsū: et dili-  
gēter examina cū quāta fide et quāta caritate. In q̄li p̄posito  
et p̄pter quid accedis. Attēde igit̄ hec quattuor singla p se  
Quaz fidem debet habere sacerdos circa veritatem  
et essentiam huius sanctissimi sacramenti.

**S**itur primo vide quā fidez debes habere circa hoc  
sacramentū. Credere enim firmiter debes et nullate-  
nus dubitare: s̄m q̄ docet fides catholica: q̄ in hora ex-  
pressionis verborū christi: panis materialis et visibilis ad-  
ueniente miraculo et celesti pane velut creatori honore dese-  
rens: locum suū scilicet visibilem speciem accidentiū pro mi-  
nisterio ac sacramentali seruitio relinquit. quo definēte esse  
miro et ineffabili modo in eodē instanti ista sub illis accidē-  
tibus veraciter existūt. Primo illa purissima christi caro:  
et sacrum corpus quod fabricate spiritu sancto fuit tractum  
de utero gloriose virginis Marię: appensū in cruce: posi-  
tum in sepulchro et glorificatū in celo. Secunda quia caro  
non viuit sine sanguine: ideo et necessarius est ille sanguis  
preciosus: qui feliciter emanauit in cruce pro mundi salute  
Tertio cum nō sit verus homo absq; anima rationali: pro-  
pterea est ibi illa anima cristi glorioza: excedens in gratia  
et gloria omnem virtutē gloriā et potestātē: in qua reposi-  
ti sunt oēs thesauri diuine sapientie. Quarto quia xp̄s est

verus deus & verus homo ideo consequenter ibi est deus  
in sua maiestate gloriosus. Nec oia quattuor simul & sin-  
gula tota simul sub speciebus panis & vini perfecte continen-  
tur. non minus in calice quam in hostia nec minus in hostia quam  
in calice nec in vno defectus suppletur alterius: sed in am-  
bobus innuitur misterium de quo est gradus sermo. Suffi-  
cit autem credere verum deum & hominem sub utraque con-  
tinere specie: cui & assistit angelorum frequentia & sancto-  
rum presentia. Vide quam pulchre christus sub his duabus spe-  
ciebus tantum continetur. Primo quia panis & vinum opti-  
mum sunt nutrimentum totius hominis. Nam panis nu-  
trit corpus siue carnem & vinum transit in sanguinem: qui  
est sedes anime. Secundo quia usus eorum communior &  
principalior est ac mundior & minus fastidiosus habetur:  
ideo puritas refectionis spiritualis optime per ista signifi-  
catur. Tertio quia optime figurant corpus & sanguinem.  
Nam panis significat corpus illud triturratum molitum &  
passum in passionibus decoctum: & assus igne diuini amo-  
ris in camino & ara crucis. Vinum vero significat sangui-  
nem: qui de vna scilicet christi corpore est intorculari cru-  
cis pressus. Quarto pulchre significat corpus christi mis-  
ticum scilicet ecclesiam collectam ex multis fidelibus prede-  
stinatis ad vitam. sicut ex multis granis & racemis conficitur  
panis & vinum: referendo singula singulis. Cum ergo ac-  
cedis: caue ne dubitando vacilles: & tanquam cecus manu te-  
tans baculo arundineo: scilicet argumentis naturalibus &  
rationibus humanis querendo quomodo ista fieri possunt. sicut  
quondam iudei litigabant: & quidam discipuli abierunt re-  
trorsum. Sed subice te ipsum: & captiuam mentem tuam sub iugo  
fidei: quam tantis testibus roboratam vides. Quid enim  
dubitationis de hoc sacramento remanet quod a christo tam  
expresse traditus: ab apostolis predicatum a sanctis patribus  
orthodoxis tot centenariis annorum frequentatum: tantisque  
cerimoniis & miraculis prodigiis & obseruationibus quasi testi-  
moniis palpabilibus confirmatum vides. Telle hoc sacra-

mentum ab ecclesia: et quid erit in mundo nisi error: et infidelitas et populus christianus quasi grex porcorum dispersus et idolatrie deditus. sicut expresse patet in ceteris infidelibus: sed per hoc stat ecclesia. roboratur fides: viget christiana religio et diuinus cultus. Unde inquit christus: Ecce ego vobiscum sum usque ad consumationem seculi: scilicet in hoc precioso sacramento. Postea etiam notare debes quod sic decuit corpus velatum nobis dari. Quid enim valeret fides tua: si Christus in propria forma tibi visibilis appareret. Lerte coactus eum adorares aut quomodo carnales oculi tantam gloriam ferre possent. Quis vero inuiciens dicat ut carnem crudam vel hominis cruorem in sua propria forma comedere vel bibere possit. Recedat ergo omnis dubitatio: quia sicut olim diuinitas in utero virginis latuit et filius dei sub humane carnis velamine visibilis mundo apparuit: sic glorificata humanitas diuinitati coniuncta in forma panis diuinitati unita latet: ut nobis mortalibus sic apparere possit: ut fides nobis proficiat.

Cum quali proposito et dispositione debet sacerdos accedere ad tantum sacramentum.

**S**ecundo proba te ipsum cum quali proposito et dispositione accedis discite et reuolue conscientie domus: et vide ne forte sit in te aliqua turpitudine vel macula in mente vel in carne qua offendi possint oculi eius qui est sanctus sanctorum. Primo ergo redies in trorsus ad iniquitatem tue mentis considera quanta mala ab in eunte etate commisti quanta bona neglexisti. quod breuis vita quod incerta mors. quod lubrica et piculosa vita huius temporis: maxima autem pena infernalis. ne forte (quod absit) post preedentes confessionem et penitentiam aliquod sit in te mortale peccatum vel peccandi propositum unde mortua sit misera anima tua: ac per hoc a radice christi et ecclesie abscisa. quia ille viuificus panis et diuinus cibus non patrat influxum vite: nec in nutrimentum absque membris et mortuis: teste scriptura dicente. In animam manillo non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis

III

Unde statibus sumitur sacramentū & nō res sacramēti: le-  
su christi gratia & diuinitas caritatis eius. Comeditur gns-  
tu: sed non reficit spiritus; vadit ad ventrem: sed non intrat  
mentem degluditur tanquaz a bruto sine sui lesione: & non  
viuificat animam. nec in corporat eam sibi neq; vnit: sed  
potius nauis cōpellente talē ipse xps euomit velut cada-  
uer putridum bestis & ausibus deuorandū cum scilicet infel-  
licem animam tradit sathane cruciandā. sicut deniq; d iuda  
scriptum est. Qm̄ post bucellam introiuit in eum sathanas  
Qua propter si talib' sis laqueatus: caue ne p aliqua cau-  
sa vel necessitate absq; debita cōtritione & pposito peniten-  
di & cōfessione premissa accedere ad altare psumas. Quia  
horrendū est incidere in manus dei viuētis. Sed heu quot  
sunt hodie sacerdotes miserī & sue salutis iprouidi: qui xpi  
corpus in altari velut carnes peccndū manducāt: & inoluti  
ac cōtaminati abominationib' (de quibus dicere fas nō ē)  
sceleratis manibus & pollutis labijs cōtingere nō verentur  
& osculari filiū dei & Marię virginis: Verum si hoc sacrifi-  
cium suscipit deus: audeo dicere mendax est reputandus  
& socius peccatorū. Insup quod deterius est ad tantam  
pnerunt t'pibus istis pueritatē & stultitiam quandā: vt  
putent infelicissimi sua scelera & inmundicias peccatorum;  
que quotidie opantur & iterare proponūt: absq; penitentia  
& confessione per sacram cōmunionē quotidie celebrantes  
expiare. Tales non sunt sacerdotes: sed sacrilegi. non chri-  
stiani: sed heretici. Profecto si fidem rectam haberent aut  
peccare timerent: aut a celebratione cessarent. Secundo  
non solum mentis sed & corporis est inmunditia attēdenda  
ideo caue ne imundus accedas. Nec tm̄ dico de inmunditia  
voluntaria que mortalis est: sed etiā de nocturna sine casu  
ali macula q̄ ipedit celebratiōez: vbi nō ē magna necessitas  
vel iussio pcepti. Vbi ergo p̄dicte interuenerint macule in  
quib' non dederis occasionē vl' causas p̄cedentē & cupiscē-  
tiā: vel inordinatā crapulam: neq; secuta ē notabilis mētis  
inquietatio p̄ reminiscentiā: vl' illusionē fantasmaticā carnalium

credo q̄ accedere possis: saluo meliori iudicio: maxime si sine  
gularis deuotio ratione solennitatis vel alterius te traheret  
ad celebrandum. Custodire etiam debes pudicitiam manus  
quantum potes: et oim membrorum tuorum puritate. Unde tibi  
bi cōsulo vt preceteris hominib⁹ omni tpe: maxime dñi missa  
sa celebrat: caueas ab omni tactu non solum turpi et immundo  
qui sit sine peccato: sed etiam a quolibet indecenti et inquina  
tuo: et te totum recolligas: vt nec actus: nec cogitatio ad ali  
quid aliud dispergatur: et insup curam habeas diligentem de  
mundicia et nitore paramentorum altaris et sacrorum vasorum:  
vt cū omni honore et diligentia tractet ille qui est angelis et  
archangelis tremendus et honorandus.

Cum quanta caritate et quanto seruoze debet  
quis accedere ad hoc sacramentum.



ertio p̄ba te ipsuz ex quāta caritate et q̄li seruoze  
accedis. Non solum n. mortalia sed etiam venialia  
peccata p̄ negligentiam et oculū multiplicata et etiam  
p̄ cōsiderationē ac p̄ indistinctionē dissolute vite  
et male cōsuetudinis licet nō occidāt aiaz: tamen plerūq̄ red  
dunt hoīez tepiduz grauē obnubilatū et indisposituz ac in ep̄  
tum ad celebrandū: nisi dicti pulueres et stipule venialū per  
aflatū spūs et flamma caritatis ventilentur et cōsumantur ex  
ardescente igne cordis ex cōsideratione proprie voluntatis  
Ideo caue ne nimis tepidus et inordinatus accedas: sed vene  
ranter circūspecte et consideranter. An̄ ap̄tus. Iudicium sibi  
manducat et c. Quod apertius insinuat cū subdit. Ideo inter  
vos multi inbecilles sup̄le per fidei inconstantiam. et in firmi  
scilicet graui peccato: et morbo lanciai. et dormiunt multi p̄  
corporez et delicias. Q̄ graues angustie me vndiq̄ affigē  
tes: accedere indigne horrendū iudicium. nō accedere ex no  
tabili negligentia vel contemptu dānabilis culpa. Nam cum  
sacerdos ē ab oī mortali peccato: et in proposito bono nō ha  
bens legitimū impedimentum: et nō ex reuerentia sed ex ne  
gligētia celebrare omitit: tunc q̄tum in se est priuat trinita

iiii

tem laude et gloria: et angelos letitia. peccatoris ventis. iustos  
subsidio et gratia. in purgatorio existentes refrigerio. ecclesiam  
christi spirituali: et se ipsum medicinali remedio contra infirmitates  
et quotidiana peccata. Quia (sicut dicit ambrosius) quotienscumque  
effunditur corpus christi: in remissionem peccatorum effunditur. De-  
beo enim spiritus illas accipere ut mihi semper peccata demittantur.  
Quis semper peccat: debeo spiritus habere medicinam. Item priuat se  
talis omnibus bonis puenientibus ex sacra comunione: que sunt  
peccatorum remissio: fomitis mitigatio. mentis illuminatio. in-  
terior relectio. christi et corporis eius mystici incorporatio. virtutum ro-  
boratio. contra diabolum armatio. fidei certitudo. eleuatio spes  
exercitatio caritatis. augmentatio deuotionis: et comunicatio an-  
gelorum. Item non complet sibi iniunctum magne dignitatis obse-  
quium: nec officium exercet debite seruitutis dei. Et tunc scrip-  
tum est. Maledictus homo qui opus dei facit negligenter. Item  
contemnit dei preceptum de obseruatione huius sacramenti. Item  
christus comminat: Nisi manducaueritis et cetera. Item abiicit vi-  
aticum sue pegrinationis: exponens se periculis mortis. quia nisi  
recepit alimentum corporis christi et vegetationem vite: efficitur  
sicut aridum membra quod non transmittit nutrimentum corpo-  
rale sibi. Ultimo quantum in se est euacuat diuinum cultum: et  
latriam creatori debitam: sicut ingratus de beneficiis dei. An-  
de numeri. ix. ca. Si quis mundus est scilicet a mortali peccato et  
in itinere non fuit siue aliter impeditus: et tunc non facit phase  
exterminabitur anima illa de populo suo. quia sacrificium non  
obtulit domino in tempore suo. Ergo quantum potes toto conatu per ex-  
ercitium boni operis: lacrimarum contritionem: et deuotionis flam-  
mam expelle a te omnem torporem et negligentiam: ne inue-  
naris respicere tantorum carissimatum dona. Si autem vis accedere  
ad amorem dei: considera tota mente ista duo. Primo illius sum-  
me caritatis incendium: quo summa bonitas per te fetido ver-  
miculo tam patienter sustinuit crucis obprobrium: Secundo  
illius notabilissimi corporis cibationem dulcissimam: ac sangui-  
nis potionem: Ideo attendas illam beatam mortem discutens cau-

fam. Causa autem non fuit nisi necessitas nostre redemptionis  
Omnia autem lex propter lese maiestatis offensam iudicat of-  
fendentem reum mortis. Huius rei causa cum peccatis exigentibus  
esset rei mortis: pro recompensatione tanti debiti misere-  
rans deus humane misere et parcens nostre morti prout et  
concessit prioribus pro hominum morte cedem animalium fieri  
et offerri sibi sacrificia placationis et hostias: ut quotiens quis  
peccaret totiens esset pro eo necessarium hostiam immolare  
Que omnia erant figure et vmbre: donec christus caput hu-  
mani generis mitteretur viva et rationalis hostia et ab omni  
peccato qui pro omnibus hominibus seipsum pro omnium ho-  
minum amore offerret ad mortem pro nostre mortis redemp-  
tione. Sed quia non debuit pluries mori: ideo quia illa una mors  
sufficit pro omnibus peccatis factis et fiendis: ideo sufficit  
quod illam hostiam susceptoris quondam pro nobis semel im-  
molatam moriens relinquerent quotidie a nobis pro residu-  
is delictorum mystice offerendam deo patri pro commutatione no-  
stre mortis: cui sumus quotidie obnoxii pro peccatis. Unde  
Augustinus. Iteratur quotidie hec oblatio licet christus semel  
passus sit pro nobis quia quotidie peccamus peccatis sine quibus  
mortalis infirmitas vivere non potest. Et quia quotidie  
labimur: quotidie christus pro nobis immolatur mystice. Pro-  
pter hoc quicquid agitur in missa et omnes ornatibus et cerimo-  
nie nihil aliud representat nisi christi passionem. Quia hoc su-  
per omnia est necessaria in missa mortis christi memoria. Un-  
de ipse christus Mathei. xxvi. Hoc facite in meam commemo-  
rationem. Et apostolus ad corinthios tertio. Quotiescunque  
manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortem domi-  
ni annunciabitis donec veniat scilicet ad iudicium. Cum ergo  
accedis: dic ex toto corde. Ecce celestis pater recolens illam  
mortem unigeniti tui: offero tibi hostiam hanc quasi pro te ob-  
tulit pro mea et totius mundi salute. Ecce ad altare tue maie-  
statis transmittite oblationem vivam: quam tu in miseratione  
multa misisti ad altare crucis pro nobis immolandam.

¶ ¶ ¶ ¶

Recordare illi<sup>9</sup> sacrosancti sudoris quasi gutte sanguinis de  
currentis in terrā. Respice illā virgineā carnē verberibus cru  
dellter flagellatā; sanguine cruentatā; spinis perforatam; cla  
uis confixam; lancea vulneratā. Illa ergo pietas que filium  
tuū traxit & vicit vt in statera crucis totius mundi peccata li  
beraret iōa telcogat pater misereri nobis miseris. Respice ob  
secro nō nostra pctā; sed in faciem christi tui. Non enim in iu  
stificationibus nostris prosternimus preces ante faciē tuam;  
sed in multitudine miserationum tuarum. Secundo si vis  
ad amorem accendi & in flāmari; considera illius sacri corpo  
ris cibationem diuissimā; & vide q̄ bonus & suavis est spiri  
tus eius in nobis; quam congrua & vtilia prouidit p̄r noster  
celestis viuificantia elemēta. Quia enim rationalis creatu  
ra ad hoc facta est vt sit rapax & particeps bonitatis dei; ex  
hac participatione viuere & ad beatum esse peruenire debet  
sine qua ad nihilū tendit ex se & ad mortem sempiternam; nisi  
per cibum viuicantem iugiter vegetetur ex participatione di  
uine virtutis & glorie; quam participationem ideo comestio  
nem voco; quia sicut corpus animalis per cibum viuificatur  
calescit & in pinguatur; sic aīa rationalis per spiritum xp̄i; quo  
frui debet pleno affectu & intellectu nutritur. vegetatur infla  
mas; & viuificatur. Et sicut angeli in patria pleno haustu bi  
bunt de perēni & vīuo fonte luminis & satiantur ab vbertate  
domus dei; sic sapientia eterna prouidit vt rationales aīas  
hominū quas tam care redemit & per gratiā magnificauit ac  
effecit similes angelis dei; cibaret illo pane quo angeli nutri  
untur sine quo nec illi nec isti viuere possunt; & hoc p̄ aliquoz  
modum cōuenientem nobis parauit. Et q̄ impossibile est  
nobis comedere cum isto mortali corpore illum panē vite inso  
liditate proprie forme scilicet diuinitatis. ideo vt comestibi  
lem nobis panē preberet; sub forma cōuenientiori sed panis &  
vini corporalis nobis dedit propter cōuenientez similitudinē  
panis ad panem; & refectionis ad refectionē vt sicut anglos vl  
trius sp̄s cibatur verbo incarnato; sic mortuos hoīes in carne



viuentes cibatur verbo incarnato in sacramento suscepto. Unde dicitur. Panem angelorum manducauit homo. Et ego sum panis viuus qui de celo descendi. Item nota quod sicut est cura deo de corpore aialis cuiuscumque prouidere illi cibum conuenientem: sic cura est eisdem de nutrimento sui corporis mystici quod est ecclesia cuius filius dei est caput nec aliunde vegetari et vivere debet quam a capite: sed omnia membra sua unita et sibi inuicem coherencia in christo capite ipsius spiritu et amore nutriuntur per hoc sacramentum unitatis et pacis. Nec per hoc sicut non est vita corporis absque incorporatione cibi conuenientis: sic anime rationalis non est vita spiritualis sine corpora-  
tione et inuisceratione huius cibi spiritualis sibi conuenientis. Unde inquit christus. Qui manducat me uiuit propter me. Hec est differentia inter cibum spirituale et corporale. quia ibi cibus comestus transit in substantiam et nutrimentum comedentis: hic vero comedens incorporatur christo et transit in unitatem et amorem spiritus christi. ideo fuit dictum Augustino. Non ego mutabor in te: sed tu mutaberis in me: id est in mei similitudinem scilicet bonitatem. sanctitatem. et cetera sicut ignis carbonem in sui similitudinem conuertit.



Qualiter debet sacerdos se post hec disponere et preparare: et in preparando se habere.

Quarto et ultimo proba te ipsum: propter quod uel ob quam causam accedis. et hic dirige aciem mentis ad duo principaliter: scilicet ad purum affectum: et desiderium sanctum. Secundo ad debitam intentionem et propositum necessarium. Primo uide quid desideres: et caue ne forte propter auaritiam aut timorem aut vanam gloriam. aut consuetudinem: uel alicuius mundane complacencie: aut temporalis fauoris causam accedas. sicut multi diebus istis accipiunt ad suam perditionem: quod datur ad salutem. Ne ue domine deus quanti bodie infelices ad sacros ordines et diuina mysteria accedunt. non celestem panem: sed terrenum. non spiritum: sed lucrum querentes. non dei honorem: sed suam ambitionem. non animarum

salutem; sed questum pecuniarum. nō christo seruire mundo  
corde ⁊ corpore in suis mysterijs; sed delitanti vitari superbi  
re luxuriari de patrimonio christi ⁊ elemosinis populi; ac  
ecclesiasticas dignitates ambiēdo multis litigijs ⁊ simonijs  
potius rapiunt q̄ assequantur. non vocati a deo; sed im  
pulsī a diabolo. Tu autē homo dei; dirige vota tua ⁊ deside  
ria ad deū. ⁊ vide quibus affectionibus ⁊ desiderijs trahi de  
beas ad sacra misteria celebranda. Primo trahat te conscien  
tia ⁊ remorsus delictorum sperans per sacramentū quasi per  
hostiam placationis ab omni peccato purgari. Secundo tue  
infirmittatis virtus atq; salus; vt eū quasi medicum ad te vo  
ces per quem ab omni infirmitate curreris. Tertio pressura  
alicuius tribulationis; vt per eū qui oīa potest ab omni aduer  
sitate citius libereris. Quarto desiderij alicuius grē spirita  
lis bñficiū impetrandi; vt per eum cui p̄ nihil negare potest  
obtineas. Quinto gratiarum actio p̄ omnibus beneficijs spiri  
tualibus ⁊ t̄p̄alibus tibi ⁊ alijs impensis. cum nihil habeam⁹  
deo retribuere p̄ omnibus q̄ tribuit nobis; aliudq; calicem  
salutaris accipere ⁊ sacrificare hostiam laudis idest iesus xp̄s.  
Sexto caritas ⁊ cōpassio proximorum; cū pro salute viuoz ⁊  
requie defunctorū nihil efficacius valeat quā christi sanguis  
effusus in remissionem peccatorum. Septimo laus dei ⁊ san  
ctoz; cum non habeamus melius quo pessimus deū ⁊ san  
ctos suos pro sua dignitate laudare q̄ christū sacramentaliter  
deo patri imolare. Octauo de amor ⁊ dilectio; vt eum ad te  
inuites; ⁊ p̄ iuiscerationem spiritualis refectionis in se ipso  
eum delectabiliter amplectaris. Nono fitis ⁊ desiderium  
augende caritatis christi per augmentum gratiarū ⁊ cariss  
mutum. quia hoc sacramentum fontem continet gratiarū ⁊  
sanctificationē ⁊ auctorem salutis dñm Iesum christum; ideo  
dicitur eucharistia; idest bona gratia. Cetera vero sacramēta  
fluenta sunt ⁊ riuuli gratiarum quibus sanctificamur christo  
ardoz ⁊ suspirij quo totis visceribus virtute hui⁹ excessive ca  
ritatis ⁊ dulcissime refectionis cupias sanctificari ab omni in

quinamento carnis & spiritus: & eripi ab oibus periculis &  
tēptationibus: ac inseparabiliter vniri christo saluatori & cōser-  
uatori i amore suo. Unde inquit christ⁹. Jobis .xvi. Pater  
quos dedisti mihi volo vt vbi sum ego illic sint mecum: & sine  
vnum sicut & nos vnum sumus. Secundo dirige mentem &  
debitam intentionem ac propositum circa ea que agere debes  
scilicet deum per latriam colere. Cultus antez latrie soli deo  
debetur: & est honor impensus summo creatori ex debito ser-  
uitutis quo obligamur non solum nostra. sed & nosipos im-  
pendere pro suo honore etiaz morti si expedierit in recogniti-  
onem suorum beneficiorum & sue immēse bonitatis nobis of-  
fense: & hoc corde contrito & humiliato corpore: & toto affec-  
tu & habitu gestibus & signis prosternentes nos ante sue ma-  
iestatis oculos: & sacrificijs & muneribus conuenerantes: re-  
ferentes ad ipsum omnem spem nostram & desiderium nrum  
tanquā in finem vltimum propter quem omnia: expectantes  
ab eo omne meritum & retributionem bonorum nostrorum &  
malorum secundum retributionem iustitie sue: suiq; bene pla-  
citi. Alijs autem sanctis perhibetur honor & deuotio que vo-  
catur dulla que non est cultus nec adoratio: sed subrogatio &  
inuocatio vt sint apud deuz aduocati p nobis. & omnis reue-  
rentia que eis impenditur: propter deum cui sunt cōiuncti ex-  
hibetur. Deus autem debet a nobis in immēsum timeri: ho-  
norari & amari. Primo ex consideratione sue omnipotentie  
& iustitie qua nos iure plenissimo damnare potest & saluare  
est summe timendus. Ex hoc enim timore oritur dolor & pec-  
catis. pudor. suspiria. lachryme. torsiones pectoris. suppli-  
cationes. ieiunia. discipline. peregrinationes: & cetera huius-  
modi. Secundo ex consideratione sue sapientie & maiestatis  
summe est honorandus. Ex hoc namq; honore oritur vene-  
ratio: genu flexiones: incuruationes: prostrationes: oroes:  
purificationes: cōsecrationes: mundicia sacrorum vasorum: &  
paramentorum ornatus & decor: festiuitates: celebritates: so-  
lēnitates luminarium: cantus psalmodie binorum lectionū

et huiusmodi. Tertio ex consideratione bonitatis et clementie est infinite amandus. Et hoc autem amore oriuntur gratiarum actiones: laudes: hymni: benedictiones: vota sancta: intentiones et huiusmodi. Item intendere debes ut ex frequentia diuini cultus nomen dei sanctificetur in nobis: et a nobis per sanctitatem vite glorificetur in mundo et crescat in orbe cultus et honor dei: ut cognoscat totus mundus nos esse clericos unius veri dei et saluatoris iesu christi. Secundo intendere debes christi mortem memorari. ut supra dictum est.

Tertio intendere debes totam ecclesiam iuuare: ut proponas deum orare pro papa: cardinalibus: patriarchis: et generaliter pro omni gradu ecclesie. Pro Regibus ducibus: ceterisque nobilibus: virginibus: viduis: orphanis: peregrinis: captiuis afflictis: debilibus: infirmis. Et pro omni populo dei etiam pro paganis: scismaticis: hereticis: ut conuertantur ad deum: verum et sancte ecclesie unitatem. Item in speciali orare debes pro aliquibus caris scilicet parentibus: consanguineis: amicis: benefactoribus: et tibi recommissis: ac in tua oratione sperantibus. Item singularissime pro teipso. Unde si aliquem predictorum fidelium propter rancorem vel odium excludis: ut non sit particeps tanti beneficij: mortaliter peccas agens cum odio diuina misteria.



Qualiter sacerdos debet se post hec disponere et preparare: et in celebrando se habere.

Estque ex ruminacione predictorum in meditacione sua exardescit ignis in corde tuo: eundem et purga feces peccatorum tuorum spiritu contrito et humiliato: memorans quanta commisisti verbo et opere ac cogitacione: quanta bona omisisti que debuisti facere et potuisti: et vadens ad spirituale medicum et patrem dic peccata tua: non comuni et generali confessione: ut quidam duri cordis facere non verentur. palliantes folijs communium verborum: in sua generali confessione enormia peccata et absque verecundia et dolore taliter proferentes ut etiam in plateis possent taliter absque rubore publice confiteri. Hec non est confessio: sed subrisio et derisio ac deceptio. quia si vis sanari: aperis

vulnera tua: et de profundo corde dic clare et aperte oia. que  
post precedentem confessionem commisit. Hedum opera.  
sed cogitationes peruersas quarum delectatio mentem macu-  
lauit. non solum mortalia sed venialia graua que conscientiam  
am mordent et ledunt. Cetera vero per modum generalē  
breuiter et clare exprime. Deinde peracta penitentia tibi  
iuncta decanta cum deuotione illos quinque psalmos que  
dilecta. etc. cum suis versiculis et orationibus. Dicas etiam  
si tempus suppetit orationem illam Summe sacerdos que  
efficax et deuota est. Postea procedens ad altare recollige  
christum euntem ad crucem. et fige cor tuum ad ea que in passi-  
one gesta sunt. Legas clare et distincte ea que legenda sunt  
non multiplicando multiplices collectas: nec alias legendas  
ex deuotione vel proprio arbitrio: aliter quam a sanctis patribus  
institutum est. Cum autem perueneris ad sanctum canonem:  
recollige mentem ne per diuersa vagetur: et appone diligē-  
tiam magnam in signis et actibus et maiorem in verbis: ma-  
ximam vero in intentione. Primo propter continentiam  
tam preciosi corporis. Secundo propter continentiam di-  
uinitatis immense. Item in memento tam pro uiuis quam de-  
functis non sit cum voce et verbis recomendatio: sed tantum  
mente discurre per quasdam personas magis intimas: et  
ceteras recollige sub compendio: referens intentionem  
ad omnes pro quibus antea orasti siue orare promissisti  
Cum per ueneris ad: Qui pridie. dirige mentem et inten-  
tionem ad fatendum illud quod intellexit christus in sua cena  
et quod intendit sancta mater ecclesia. In communionem alicuius  
paulisper subsiste et dic non lingua aut labijs sed corde tacito.  
Domine Iesu christe rex glorie qui tua ineffabili benignitate  
permittis te a me indignissimo peccatore tractari: presertim ut presu-  
maz te dominum omnium mittere in latrinam: siue cisternam fetidam  
corporis mei. Et quid me fecisti: ut tibi hanc iniuriam recre-  
dam facerem. Nulle anni lacrimarum et penitentie non sufficerent  
ad tam nobile sacramentum digne semel percipiendum quantum magis  
ego miser et indignus sum: quod omni die pecco in corrigibilis

perseuero et imparate accedo. Sed infinita est misericor-  
dia tua maior: quam sit mea ineffabilis miseria. Unde de tua  
pietate confusus te sumere presumo. Hec enim duo maxi-  
me requiruntur ad congruam perceptionem huius sacra-  
menti scilicet profunda humilitas cum adnubilatione sui: et  
compassio mortis christi. Post communionem si non sentis  
aliquam spiritualem refectionem: signum est infirmitatis spiri-  
tualia vel mortis. Ignem posuisti in sinu et non sentis calorem  
mel in ore: et non sentis dulcedinem. Si vero consolatio-  
nem sentis aliquam non tibi attribuas: sed dei bonitati. qui  
etiam malos et indignos consolatur. Et dicas in corde tuo  
Ad meam miseriam detestandam me communicat suis beneficiis.  
Si mihi peccatori talia fecit: quid faciet si vitam meam corre-  
perero. Ideo totis viribus volo me mutare et spiritui sibi adherere.  
Hoc autem non reputes posse tua virtute: sed auxilio gratie eius.  
Quod nobis prestare dignetur ipse Iesus benedictus: Amen.

EX ILIET.

Sequitur oratio deuota ad eucharistiam.



**A**ue viuens hostia veritas et vita.  
In qua sacrificia cuncta sunt finita.  
Per te patri gloria datur infinita.  
Per te stat ecclesia iugiter unita.  
Aue vas clementie scrinium dulcoris.  
In quo sunt delitie celici saporis.  
Veritas substantie tota saluatoris.  
Sacramentum gratie pabulum amoris.  
Aue mana celicium verius legali.  
Datum in viaticum misero mortali.  
Medicam est misticum morbo spiritali.  
Morte dans catholicum vite immortalis.  
Aue corpus domini munus eternale.  
Caro iuncta numini nobile iocale.  
Quod reliquit homini in memoriale.  
Cum finalis termini mundo dixit vale.

Aue plenum gaudium vita beatorum.  
Pauperum solatium honor miserorum.  
Grande privilegium est hoc viatorum.  
Quorum sacrificium est merces celorum.

Aue virtus fortium obuians ruine.  
Turris et presidium plebis peregrine.  
Quam insultu hostium frangere non sine  
Ne vis malignantium precat diuine.

Hic Jesu veraciter duplex est natura.  
Non est partialiter nec solum figura.  
Sed essentialiter caro christi pura.

Latet integraliter breui sub clausura.  
Celo visibiliter caro christi sita.

Forma panis aliter latet hic vestita.  
Solutio non qualiter hanc qui potuit ita  
Potestque faciliter virtus infinita.

Sumptum non consumit corpus saluatoris  
Idem totum summitur omnibus in hostis.  
Forma panis fragitur dente comestoris  
Virtus carnis fugitur moribus amoris.

Christus nihil patitur huius lesionis.  
Forma panis soluitur vi degestionis.  
Tunc si christus queritur est in celi tronis  
Sicut vult hinc tollitur datus vite donis.

Hoc ardoris calculo venenos ignire  
Hoc amoris stimulo frange motus ire.  
Et eodem ferculo quo nos vis nutrire  
Velis cordis vinculo fortiter vnire.

O Jesu dulcissime cibus salutaris  
Qui sic nobis intime tribui dignaris.  
Dala nostra deprime fletibus amaris.  
Et affectus imprime quibus delectaris.

Jesu viuens hostia placa maiestatem  
Sacramenti gratia confer sanitatem  
Pauperum substantia da eternitatem.

Domini memoria foue caritatem.

Vanitatem spernere fac nos consolator.  
Hostes dona vincere christe propugnator.  
Et quod doces credere Jesu reparator.  
Per te tandem cernere da remunerator. Amen.

Oratio dicenda ante missam.

**D**eus qui de indignis dignos de peccatoribus iustos. de immundis mundos facis: munda cor et corpus meum ab omni contagione et forde peccati: et fac me dignum altaribus tuis ministrum et concede propitius: ut in hoc altari ad quod indignus accedo hostias acceptabiles offer pietati tue pro peccatis et offensionibus meis: et in numeris quotidianisque excessibus: et pro omnibus hic circumstantibus vniuersisque mihi familiaritate et affinitate coniunctis: atque me odio aliquo insectantibus et aduersantibus: cunctisque fidelibus christianis uiuis et mortuis et per eum sit tibi meum votum atque sacrificium acceptabile: qui se tibi deo patri optulit in sacrificium: ihesus christus filius tuus dominus noster. Qui tecum uiuit et regnat.

Oratio dicenda post missam.

**O**mnipotens sempiterna deus domine Jesu christe esto propitius peccatis meis per assumptionem corporis et sanguinis tui. Tu enim loquens dixisti. Qui manducat carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo: Ideo te supplex deprecor: ut in me cor mundum creas: et spiritum rectum in uisceribus meis in nouas. et spiritum principali me confirmare digneris: atque ab omnibus insidijs diaboli: ac uicijis emundes: ut gaudiorum celestium merear esse particeps. Qui uiuis et regnas.

**FINIS.**